EVRIPIDIS

FRAGMENTA DVO PHAETHONTIS

E COD. CLAROMONTANO

IN CREATIONE

XXIII. AA. LL. MAGISTRORVM ET PHILOS. DOCTORVM

RECTORE MAGNIFICO

D. IOANNE GODOFREDO MÜLLERO

PROF. IUR. FEVDAL. ORDIN. CVR. SVPR. REG. CONSIL. FAC. IVRID. ASSESS.
NATIONIS POLON. ET COLL. MAI. PRINC. SENIORE

PROCANCELLARIO

CHRISTIANO HENR. AVG. CLODIO

PHILOS. PRACT. PROF. P. O. COLL. MAI. PRINC. SODALI

DECANO

CHRISTIANO DANIELE BECKIO

HISTOR. P. P. O. POT. REG. SAXON. A CONSIL. AVL. ORD. SAXON. VIRT. CIVICAE EQVITE. VNIVERS. LIPS. NATIONIS SAXON. ET ORDINIS PHIL. SENIORE. ACAD. DECEMVIRO. BIBL. ACAD. PRAEFECTO. ALVMNN. REGG. EPHORO. SEMIN. REG. PHILOLOG. DIRECTORE. COLLEG. MAI. PRINC. COLLEGA. SCHOLAE SVRDD. ET MVTT. PRAEF. SOCIETT. IABLONOVIANAE ET OECON. LIPS. LATINAE IENENSIS. VOLSCORVM VELITERNAE. HISTORICAE GERMAN. ALIARVMQVE SODALI

EDIDIT

GODOFREDVS HERMANNVS

EQVES ORD. SAX. VIRT. CIV. ELOQ. ET POET. P. P. O. CET.

LIPSIAE

LITTERIS STARITII, TYPOGR. VNIVERS.

Si satis ieiuna commentatione vitis vestris praeluditur, Magistri doctissimi, ita velim existimetis, etiam huic generi suum esse pretium. Pleraque enim in litteris eiusmodi sunt, ut priusquam suavitate eorum frui quis possit, aliquid molestiae vel etiam taedii exhauriendum sit. Dicam, qui factum sit, ut in hoc argumentum inciderem. Im. Bekkerus, cuius viri multam et humanitatem et liberalitatem expertus sum, quum ex Gallia et Britannia Berolinum rediens Lipsiam venisset, communicavit mecum fragmenta Phaethontis Euripidei, Parisiis e codice Claromontano a se descripta. Quae ego quum valde corrupta esse animadvertissem, seposui tractanda, si quando otio abundarem. Nuper vero, allato mihi novissimo volumine Diarii classici, in quo eadem fragmenta G. Burgesius edidit, quum huius coniecturis non multum profici viderem, ipse aliquot horas huic rei impendi, quumque edenda mihi aliqua dissertatio esset, iam in eo eram, ut aliquid de his versibus conscriberem, quum ex Frid. Osanno, qui Berolino Ienam se conferens me visum venerat, accepi, H. Hasium, Philos. D. qui Dresdae asservandis antiquis statuis praefectus est, diligenter ad ipsum codicem expressa descripsisse fragmenta illa. Itaque hunc virum, cuius nota mihi erat humanitas, rogavi, ut huius exempli mihi copiam faceret. Talia enim qui emendare aggreditur, figuras litterarum, quales in codice sunt, cognitas habere debet. Ab Hasio non solum liberalissime mihi missum est apographum illud cum exemplo dissertationis, quam, ut Analectis litterariis Wolfii insereretur, scripserat, sed etiam per litteras compellatus A. Matthiae, cui Hasius aliud idque accuratius etiam apographum,

ab affine suo, Hasio, qui bibliothecae Regiae Parisinae praefectus est, cum ipso codice iterum iterumque collatum, dederat. Hinc Matthiae quoque, quae est eius erga me voluntas, ultro ac prius, quam litterae, quibus eum adirem, ipsi redditae erant, mihi scripsit, asservari illud apographum una cum dissertatione H. Hasii et suis aliquot emendationibus Berolini apud Wolfium, a quo illud repeterem. Wolfio ea res ex memoria exciderat, sed quum accepisset, delitescere ista scripta apud Nauckium bibliopolam, reddita sibi remisit Altenburgum: unde ea statim Matthiae mecum communicavit. Ita factum est, ut horum virorum favore promptaque voluntate copia mihi fieret ex ipsis litterarum figuris coniectandi, quid scriptum esset in codice. De eo codice, cuius duo postrema folia, in quibus haec Euripidis fragmenta scripta fuerant, reciso imo margine magnitudini codicis aptata, rescripta sunt, deleta veteri scriptura, disseruerunt, quos nominavit Hasius, Wetstenius in Prolegom. in N. T. vol. II. p. 6. vel ex Semleri editione p. 544 seq. Michaelis, *Einleitung in die Schriften des N. B.* vol. I. p. 594 seqq. Griesbachius in Symb. crit. vol. II. p. 51. et inde Hugo *Einleitung in das N. T.* vol. I. p. 241. atque ipse Hasius in epistola ad Gailium, in eius libro, cui index *le Philologue*, vol. IV. scripturae, quae in codice est, specimine in primo volumine exhibito.

Mihi igitur quae adiumento fuerunt, haec sunt: primo quae Bekkeri diligentia eruit, quem legendis codicibus exercitatissimum, ita omnia recte legisse apparet, ut perpauca sint, in quibus oculum fugientes litterae eum fefellisse videantur; deinde apographum illud, quod in adnotationibus prioris nomine distinxi, quod Matthiae mihi misit, iterum iterumque, ut supra dixi, cum ipso codice collatum; alterumque, ab H. Hasio mihi missum, cuius dissertatio magis in describendo codice, quam in emendandis fragmentis versatur. Vtrumque apographum ipsis litterarum figuris ad codicis exemplum pictis, sine medicamine factum est: unde factum coniicio, ut versibus et verbis nonnullis, quae Bekkerus dedit, in iis vacuum spatium relictum sit. In priore litterae, quae lectu dubiae sunt, asteriscis notatae. Denique

quae A. Matthiae emendavit, quae non tam emendationes, quam declarationes scripturae sunt, in apographis illis ambiguae. Vnde fere nihil aliud continent, quam quod etiam Bekkerus dedit. Folia illa duo codicis non iusto ordine iuncta sunt. Pars enim ea tragoediae, quae prior est, incipit fol. 162. verso et continuatur fol. eodem recto; pars posterior incipit fol. 163. verso et continuatur folio eodem recto. Scripturam in adnotationibus indicavi litteris capitalibus, sed, qui iudicare de scriptura codicis volent, meminisse debebunt, tenuiores ductus, quales fere sunt, qui transversi currunt, in apographis aut nullos aut ambiguos esse. Itaque litterae *H*, *Π*, *M*, *N* saepissime duplicis *I* speciem praebent, *II*, ut, ubi plures harum litterarum continuae sunt, admodum ambigua distinctio sit. Porro litterae *Γ*, *I*, *T*, *Υ*, *P* facillime confundi possunt. Quarum *Υ* et *P* plerumque eo discernuntur, quod longiore recta linea sunt, quam *Γ*, *I*, *H*, *Π*, *M*, *N*, *T*, et infra versum aliquantulum descendunt. *Υ* ab *I* etiam eo differt, quod in summo in duas tenues lineas, ut *v*, finditur, quae ipsae interdum obscuriores sunt. Maxima etiam similitudo est litterarum *A*, *Δ*, *Λ*. Porro rotundae sunt *E*, *Θ*, *O*, *C*, quarum tantilla differentia est, ut saepe vix dignosci possint. Denique *Ω* et *Φ* perexiguo discrimine discedunt, quum *Ω* eamdem formam habeat, quam *Φ*, nisi paullo minore linea recta. Auget difficultatem emendandi, quod codex hic illic vitiose scriptus est, id quod correctiones minio suprascriptae indicant, quae iisdem sunt litteris, et, ut videtur, ab eadem manu, quae codicem scripsit, factae. Hae medicamini veterem scripturam delentis fortius, quam atramentum, restiterunt. Visum est tamen, fragmenta, quo facilius legi possent, statim emendata dare, adnotata scriptura codicis.

Burgesius unde fragmenta ista acceperit, non dixit. A Bekkero tamen accepisse puto, siquidem nonnisi in paucissimis aliam scripturam, quam Bekkerus, exhibuit, saepe tamen pravis accentibus. Ipse perpauca attulit, quibus uti quis possit. Dolendum est enim, hunc virum simillimum esse nostrati Bothio. *Vtrumvis recte noris, ambos noveris.* Adeo uterque

ingenio suo abutitur temere omnia tentando potius, quam quidquam accurate pensitando.

De fabulae argumento diligentius quaerere nunc nolo. Ad haec fragmenta intelligenda satis est scire, Clymenen, quae ex Sole clam Phaethontem pepererat, Meropi, regi Aethiopum, nuptam esse, Phaethontemque pro filio Meropis haberi. Cui quum, ut Ovidius narrat, de origine sua dubitatio iniecta esset, a matre, unde natus sit, accipit, Solemque ipsum ea de re adire iubetur. Hinc, ut alia fabulae fragmenta ostendunt, fatalis casus Phaethontis sequebatur, cuius ambustum corpus matri affertur eo ipso tempore, quo Merops nuptias filii instituebat. Deam, vel dearum cuiuspiam filiam ei destinatam uxorem fuisse, verba poetae docent. Sed quae illa sit, ego tanto minus vereor mihi ignotum profiteri, quod etiam Boettigerus, vir veteris mythologiae scientissimus, interroganti mihi non cognitam sibi hanc Phaethonis sponsam esse respondit.

I.

Μνησθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ', ὅτ' εὐνάσθη, θεός,
αἰτοῦ τί χρῄζεις ἕν· πέρα γὰρ οὐ θέμις

---

1. Incipit folium codicis 162. versum. Scena, cuius hoc fragmentum est, non longe a principio fabulae fuisse videtur: unde carmen chori, quod sequitur, parodum fuisse verisimile est. Colloquuntur Clymene et Phaethon, cuius persona in codice ad v. 5. minio litteris *ΦΑΕ* adnotata, in quattuor sequentibus autem versibus vices personarum lineola tantum indicatae sunt. Ita dedit etiam Bekkerus, sed lineolas istas Burgesius omisit, nec personarum nomina adiecit. Versum primum ita, ut eum dedi, exhibuerunt Bekkerus et Burgesius, de quo deinceps tacebo, nisi ubi ab eo Bekkeri scripto, quod in meis manibus est, discedit. Apographum prius *ΕΙΠΕΟΥΜΑ*, alterum *ΕΙΠΕCΥΙΙΑ*, in utroque ante quintam litteram minio insertum *Ο* cum accentu acuto, et sequenti litterae additus apostrophus, item in *Α* positus acutus. Syllabae *σθη θεος* desunt.

2. Ita Bekkerus. Apographa *ΠΕΡΑΙΓΑΡΠΟΚΑΙΑ*, ultima littera deficiente, et quattuor praecedentibus dubiis. Minio *Π* in *Ο* mutatum et post eam litteram *Υ* insertum.

λαβεῖν σε· κἂν μὲν τυγχάνῃς, σάφ' ἴσθ' ὅτι
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.
Φ. πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα θερμὸν Ἡλίου;
Κ. κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.
Φ. εἴπερ πατὴρ πέφυκε, κοὐκ ἄλλως λέγεις.
Κ. σάφ' ἴσθι· πεύσῃ δ' αὐτὸ τῷ χρόνῳ σαφῶς.
Φ. ἀρκεῖ· πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ' ἔξω δόμων
δμωαὶ περῶσιν, αἳ πατρὸς κοιμωμένου
σαίρουσι δῶμα, καὶ δόμων κειμήλια
καθ' ἡμέραν φοιβῶσι, κἀπιχωρίοις

---

3. Bekkerus, *τυγχάνῃς ε . . . .* Vnde idem coniecit *ἐτητύμως*. Apographa *ΙΤΙΧΑΔΙΗΩΔ ΩΝ.* Mihi in his vestigiis potius *σάφ' ἴσθ' ὅτι* latere videbatur, idque reposui.

5. Vltima in apographis sic scripta *ΔΩΜΑΘΕΜΟΝΝΑΙΟΥ.*

6. Apographa *ΜΕΛΗϹΩϹΩΜΑΜ ΒΛΑΙΠΕΙΝΙϹΩ.*

7. Bekkerus, *ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν. οὐ καλῶς λέγεις,* ad primam vocem ex correctione supra scriptum notans *εἴπερ.* Apographa *'ΕΠΕΙΤΑϹΙΙΙΙΕΦΥΝΕΝΟΥΚΑΚΩϹΑΕΙΙΙ:* quarta littera minio in *Ρ* mutata. Emendavit Burgesius.

8. Apographum prius *ΑΥΤΟΥϹΧΡΟΝΩ,* in altero deest *Υ,* in utroque *C* minio in *O* mutatum.

9. Apographa *ΠΕΠΟΙΜΑΙΑΙϹΕΜΗΨΕΥΔΗΕΙΝ*ᴺ, ultimum minusculnm *N* minio additum.

10. Vltima in Apographis *ΚΑΙΙΑΙΑΛ ΩΑΜ*ᴬᴺ, ultimis duabus litteris minio pictis.

11. Bekkerus, *αἵ πατρὸς . . τας γάμους.* Coniiciat quis fortasse *θέντος γάμους.* Sed aperte repugnat, quod sequitur, *καθ' ἡμέραν.* Apographa *ΑΙΠΑΤΡΟϹΙΟΙΑΩΡΙΜΟΙ.* Minio in his prima littera inducta et supra scriptum *E* ut sit *εἰ* pro *αἵ.* Item minio quarta a fine littera *I* in *E* mutata, supra scripto *A.* Litterarum formas intuenti, considerantique sequentes versus, non potest dubium esse, quin *κοιμωμένου* scripserit Euripides.

12. Verborum *καὶ δόμων κειμήλια* in apographis nihil nisi primae litterae *ΚΑΙΛ* apparent.

13. Apographa *ΦΟΙΒΩΟΠΑΝΧΗΜΕΡ*ᴼᶜ. Sexta in secundo littera non *O,* sed *C.*

ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰςόδους δόμων.
ὅταν δ' ὕπνου γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ, καὶ λόγους γάμων πέρι
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, Ἡλίου μολὼν δόμους,
τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ σαφεῖς λόγοι.
ΧΟΡ. . . . . στρ.
. . . . κατὰ γᾶν
. . α . . . .
. . . .
μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν
ἀηδὼν ἁρμονίαν,
γόοις ὀρθρευομένα,

---

14. In apographis nihil nisi, *OCMAICIOYMAIIEINA* . . . . octava in priore littera incertum, utrum *O* an *I*, in altero *I*. Vltimae septem litterae ut dubiae notatae.

15. Apographa, *OYTANYΠNOYC* . . . . secunda littera minio inducta, et inter quintam et sextam supra scripto *Δ'*. In secundo tres ultimae litterae desunt, quae praecedunt autem, non *ΠN* sed *HN* sunt.

16. Apographa *ΠYΛACAMEPΨHKAIΛOY* . . . .

17. Apographa, sed dubiis litteris, *MENΩN* pro μολών.

18. Apographa *TOYCEOYCAIKCOMHICPOIEAΦAC* . . . . novem ultimis litteris dubiis. Minio octava in *E* mutata, supra scripto *C*. Decima et undecima minio coniunctae, ut fieret *Π*, et post eas insertum *Ξ*, atque *O*, quae tertia decima est, in *Ω* mutatum. Post hunc versum Bekkerus ita;

versus vacuus
κατα γαν α manu corr.
— *α ab eadem*
versus vacuus.

In apographo priore unius versus vacuum spatium relictum, in eoque minio scriptum *KATAΓAN*. In altero nec spatium, nec voces istae. Sed quattuor versus deesse metra docent. Non tamen Burgesius, qui Bekkerum sequutus est, quamvis aperta antistropharum indicia aut hic aut in altero carmine animadvertit. Strophas in margine notavi.

23. Ita Bekkerus. Apographa *ΔENΔPΩNKΛEINHN*.

24. Apographa *AKMONIAN*.

25. Mutavi metri indicio ordinem verborum. Bekkerus, ὀρθρευομένα γόοις. Apographa *ΘITOPEYOMENAYΘON*, penultimis duabus

Ἴτυν, Ἴτυν πολύθρηνον.
σύριγγας δ' οὐριβάται — ἀντ. α'.
κινοῦσιν ποίμνας ἐλαταί·
ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν
ξανθᾶν πώλων συζυγίαι.
ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ
στείχουσιν θηροφόνοι,
πηγαῖς τ' ἐπ' ὠκεανοῦ
μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.
ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας — στρ. β'.
ἀνέμων τ' εὐαέσιν ῥοθίοις
ἀνὰ δ' ἱστί . . . .

---

litteris dubiis. Prima versus littera *Θ* minio adiecta, sequentique duo puncta superscripta, tertia inducta. A fine quarta littera in secundo apographo est *I*.

26. Pro *πολύθρηνον* apographa *ΝΟΑΤΟΡΑΜΑΙ*, quattuor ultimis litteris dubiis.

27. Apographa *ΕΥΡΙΠΘCΔΟΕCΤΙΑΝ*, sed *Θ* minio inductum et supra scriptum *Α*, item apostrophus additus ad *Δ*. Egregie hic versus formam *οὐριβάτας* tuetur adversus Porsoni opinionem, de qua dixi in Addendis ad p. 740. Elem. doctr. metr. Omninoque vereor, ut *ει* in secunda syllaba horum compositorum usurpatum fuerit, ubi prima diphthongum haberet. Apud Euripidem El. 170. iam pridem restituta est vera scriptura.

29. Apographa *ΒΟΤΑΝΑΙ*^{O}.

30. Apographa *ΞΑΝΘΑΝ*, penultima littera minio inducta et supra scripto *Ω*. Deinde Bekkerus *συνζυγίαι*. Apographa *ΣΥΝΖΗΤΑΙ*.

34. Apographa *ΜΕΛΙΒΥΑC*, *Υ* minio inducto, et supra scripto *Ο*. Etiam in ultimo verbo *ΑΓΕΙ* littera *Γ* minio in *Χ* mutata.

35. Omnes *ἄκοντοι*. Veram scripturam ante Dobraeum Matthiae indagavit. Vltima vox in apographis *ΕΙΡΕΗΑC*, postremis duabus litteris minio adiectis.

36. Syllabae *ἀνέμων τ'* et *ῥοθί* in apographis in ipso textu, quum a scriba spatium relictum esset, minio suppletae, item primum *Ι* in *ΕΥΑΙCΙΝ* in *Ε* mutatum.

37. Haec Bekkerus eruit. In apographis nihil. Lacunam post hunc versum notavi versuum quattuor, quos cum parte folii recisos esse antistrophica docent.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
σινδὼν δὲ πρότονον ἐπὶ μέσον πελάσσει.
τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα πέλει. ἀντ. β'
κῶμον δ' ὑμεναίων δεσποσύνων
ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἄγει καὶ ἔρως
ὑμνεῖν· δμωσὶν γὰρ ἀνάκτων
εὐάμεροι προσιοῦσαι
μολπαὶ θράσος αὔξουσ'
ἐπὶ χάρματ'· εἰ δὲ τύχα τι τέκοι,
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.
ὁρίζεται δὲ τόδε φάος γάμων τέλος, ἐπῳδ.

---

42. Hoc versu folium 163. rectum incipit. Omnes *πρόγονον*, quod correxi. Sermo est adhuc de navigatione. Bekkerus et alterum apographum *πελάσει*. Sed in priore *ΠΕΛΑCCΙ*, sic ut in secundo *C* atramento parvum *ε* insertum sit.

43. Codex *ἑτάροισι*, sed correctum minio.

44. Bekkerus, *κοσμεῖν ὑμεναίῳ δὲ δεσποσύνων*. Apud Burgesium *κοσμεῖν· ὑμεναιω δὲ δεσποσύνων*. Apographa, *KOCMONΥMENAIΩN-ΔΕΔECΠOCΥN*[EXΩ̄], duabus penultimis litteris dubiis. Emendavi haec pro sensu loci et metro.

45. Omnes *ἐάγει*. Deinde *καὶ ἔρως* Bekkerus. Apographa *KAIPΩN*, sed in priore *N* in *C* correctum atramento.

46. Apographa *ΥMIN*, minio supra scriptis litteris *NE*. Deinde codex *ἀνάσσων*, sed inductis minio *σσ*, et supra scriptis *κτ*.

48. Bekkerus *μολπαὶ θράσος αἴουσ'*, ultima littera, ut in codice, sequenti versui addita. Apographum posterius post *μολπαὶ* ita, *OIΔΩCΛ. ΥC'* In priore *OPACΘEAMΥC*, litteris praeter primam dubiis.

49. Codex plene *επιχαρματα*. Mox *TΥIXATHEKHI*, sed minio primum *I* inductum, *HI* autem in *ω* mutatum.

50. Pro *οἴκοις* apographum prius *Φ*[AOIC], alterum *Φ*[AIC] litteris praeter primam dubiis. Vltima minio scripta.

51. Bekkerus *ὁρίζεται δὲ τὸ φάος γάμων τέλος*. Apographa *OPIZEIAPXEΥOΦAOCΓAMΩNI*[O]*Λ*[ON]. Litterae *Υ* superscripta minio duo puncta, et duodecimae *Δ*, unde *τόδε* scripsi. Quinta a fine in *T* mutata.

τὸ δή ποτ᾽ εὐχαῖς ἐγὼ
λισσομένα προςέβαν ὑμέναιον ἀεῖσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
θεὸς ἔδωκε, χρόνος ἔκρανε
λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέταις.
ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.
Ἀλλ᾽, ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς πρὸ δόμων
κήρυξ θ᾽ ἱερὸς καὶ παῖς Φαέθων
στείχουσι, τριπλοῦν ζεῦγος, ἔχειν χρὴ
στόμ᾽ ἐν ἡσυχίᾳ·
περὶ γὰρ μεγάλων γνώμας δείξει,
παῖδ᾽ ὑμεναίοις, ὥς φησι, θέλων

---

52. Apographa *ΤΟΛΗΠΟΙΟΥΙΥΚΑΤΕΕΡΩ*, litteris *ΙΥ* minio inductis.

53. Hic versus in codice in duos divisus est, singulis duo vocabula complectentibus. Apographa *ΛΗϹΕΜΝΟΝΑ ΠΡΟϹΕΒΑΝ*. In ἀεῖσαι *Ε* minio inductum.

55. Bekkerus ελωκε. Apographa *ΕΔΩΚΕΙ*, ultima littera minio inducta.

56. Apographum prius *ΑΕΧΘΕϹΜΟΙϹΙΝΑΡΧΕΙΑΙϹ*: in secundo pro tribus primis litteris puncta.

57. Apographa *ΙΩ*, sed minio *Ι* in *Τ* mutatum, et praefixum *Ι*. Item ο in ἀοιδὰ insertum.

58. *Πρὸ δόμων* Bekkerus. Apographa *ΠΟΛΙΤΩ*, ultimis quattuor litteris dubiis.

59. Bekkerus *βαίνουσι τριπλοῦν*, superscripto penultimae syllabae *δι*. Apographa *ΒΑΙΝΟΥϹΙΝΤΥΠΛΟΥΝ*, inductis minio *ΤΥ*, et supra scripto *ΔΙ*. In secundo inter *Π* et *Λ* insertum atramento *Ι*. *Διπλοῦν* probat Burgesius, quod rex et praeco idem fuerit. At unde hoc scit? Aut hoc voluit poeta dicere, *rex cum praecone et filius veniunt:* tum διπλοῦν recte se habet; aut hoc, *rex, et praeco, et filius:* idque verisimilius est, quia et diserte commemorat praeconem, et eum mox loquentem introducit. Quare τριπλοῦν praetuli. Similiter loquitur in Troad. 924. ἔκρινε τρισσὸν ζεῦγος ὅδε τρισσῶν θεῶν.

62. Apographa *ΔΕΙΧΕΝ*, sed minio *Ξ* et *Ι* reposita.

63. Codex *ΛΕΓΩΝ*, sed minio inductae *Λ* et *Γ*, supra scriptis *Θ* et *Λ*.

ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.
ΚΗΡ. Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες, στρ.
εὐφαμεῖτ᾽, ὦ,
ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε,
ὦ ἴτε, λαοί.
κηρύσσω δ᾽ ὁσίαν βασιλήϊον, ἀντ.
αἰτῶ δ᾽ αἶσαν
εὐτεκνίαν τε γάμοις, ὧν ἔξοδος
ἅδ᾽ ἔνεχ᾽ ἥκει,
παιδὸς πατρός τε τῇδ᾽ ἐν ἡμέρᾳ λέχη
κρᾶναι θελόντων· ἀλλὰ σῖγ᾽ ἔστω λεώς.
ΜΕΡ. . . . .
. . . . . . εἰ γὰρ εὖ λέγω,

---

64. *ΔΕ* minio correctum in *ΤΕ*.

65. Adscripsi personam praeconis.

67. *Ἐκτόπιοι* Bekkerus. Apographa *ΕΚΙΩΠΟΙ*. Mox *ΑΠΑΕΙΡΑΙC*, sed in priore apographo tertia a fine littera minio inducta, et supra scriptum *Ε*. Hoc praetuli.

68. Bekkerus *ωτε*. Quod nemo non videat reponendum, est in apographis, *Ι* minio in *Τ* mutato et addito *Ι*.

70. Bekkerus *αυτωδαυδαν*, ut apographum posterius. In priore *ΑΥΙΩΔΑΥΔΑΝ*. In utroque litterae secundae duo puncta minio addita, et primo *Δ* apostrophus. Correxi haec, ut sensus postulare videbatur. *Indico, inquit, reverentiam regis, precorque felicitatem et bonam prolem connubio, cuius caussa adveniunt.*

71. Ita Bekkerus. Pro *γάμοις* apographa, *ΓΑΜΟΔ*.

72. Ita Bekkerus. Apographa, *ΑΔΕΝΝΕΧΗΔΕΙ*. Minio apostrophus secundae litterae additus, quarta inducta, item a fine tertia, eique superscriptum ξ, ut sit *ἥξει*.

74. Codex *ΤΗΔ* prioribus duabus litteris minio inductis et supra scripto *CΙΓ*. Vltima vox ita scripta *ΛΕΙЪ*.

75. Hic *Μέροψ* in margine Bekkerus. Apographa hoc nomen praecedenti versui praefigunt, sed pertinens ad v. 75. lineola minio scripta indicante, quae initio versuum, quibus alia persona loqui incipit, superscribitur. Vacuum spatium unius versus apud Bekkerum et in priore apographo: sequentis versus verba, quae etiam Bekkerus habet, minio scripta. In secundo apographo nihil plane post v. 74.

II.

Πυροῦσσ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θερήϊον
ζῶσ' ἤδ' ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ . . .
ἀπωλόμην· οὐκ οἴσετ' εἰς δόμους νέκυν;
ἴθ', ὡς πόσις μοι πλησίον γαμηλίους
μολπὰς ἀΰτεῖ, παρθένοις ἡγούμενος.

---

1. Oratio haec Clymenae est, quae mortui Phaethontis corpus fumi oderem spargere animadvertens, metuit, ne palam fiat marito, ex se illum esse prognatum. Bekkerus, *πυρος θεριννς ἐν νεκροῖς θερηνναι ζωσαηδ' ἀνίησι ἀτμὸν ἐμφανη . . .* In priore versu apographa *ΠΥΡΟCΘΕΡΙΝΥC*, nisi quod in secundo eorum pro *N* potius *M* videtur esse. In fine prius apographum *ΘΕΡΗΙΟΝ* litteris praeter primam et tertiam dubiis, alterum *ΘΕΙΙΙΟΝ*. Locus hic ad emendandum difficillimus est, ut et corruptus, et mutilus, et perditis, quae praecesserunt. *Θερήϊον* pro *θέρειον* neque defendam, nec damnem, siquidem fieri potuit, ut haec forma ex aliqua epicorum auctoritate usurparetur de eo, quod ureret vel ignem redoleret. Aliter in promptu est *θερηγενῆ* scribere. In initio facillimum iudicavi *πυροῦσσ' Ἐριννύς*. Si nihil praecessit, quod ad *ἐν νεκροῖς* referretur, veluti *γυίοις*, universe dictum sit *ἐν νεκροῖς* necesse est, cum admiratione, etsi de solo Phaethonte intelligendum. *Ἐριννὺς* autem non ad ignem in mortui corpore aestuantem spectat, sed ad culpam Clymenae, eiusque culpae poenam trahendum: *ignea Furia in mortuis vivens manifestum excitat igneum spiritum fumi. Καπνοῦ* ex coniectura adiicias. Apographa deficiunt in litteris *ΕΜΦΝ*, sic. Caeterum comparari possunt haec Plutarchi Q. Symp. IV. 2. p. 665. de fulminibus: *πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥςτε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί, τὴν Εὐριπίδου Κλυμένην ἐλέγχοντας, ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος εἰποῦσαν· φίλος δέ μοι ἄλουτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς· ὅθεν οἶμαι καὶ τὸ θεῖον ὠνομάσθαι τῇ ὁμοιότητι τῆς ὀσμῆς, ἣν τὰ παιόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀφίησιν ἐκτριβομένην πυρώδη και δριμεῖαν· ὑφ' ἧς ἐμοὶ δοκοῦσι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες ἀπέχεσθαι τῶν διοβλήτων σωμάτων.*

3. Ita Bekkerus Apographum prius non ultra *ΔΟΜΘΥ*. Sic etiam posterius, in quo haec vox ita scripta *ΛΘΜΕΙΙ*.

4. Bekkerus, *ποσις ποσις μολπαισιον γαμηλίους*. Apographa *ΤΙΘΕΙCΠΟCΙCΜΕΝΟΝ*, nisi quod in secundo undecima littera *O*. Reliqua omittunt. Correxi facili mutatione, siquidem *ΤΙΘΕΙC* nihil aliud esse videtur, quam *ΙΤΕΩC*.

5. Ita Bekkerus hunc versum dedit, nisi quod *μολπαις*. Apogra-

οὐ θᾶσσον; οὐκ ἄμολγον ἐξομόρξετε,
εἴ πού τίς ἐστιν αἵματος χαμαὶ πεσών;
ἐπείγετ᾽, εἶα, δμωΐδες· κρύψω δέ νιν
ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ᾽ ἐμῷ κεῖται πόσει
χρυσός· μόνη δὲ κλῆθρ᾽ ἐγὼ σφραγίζομαι.
ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι᾽, ὥς μ᾽ ἀπώλεσας,
καὶ τόνδ᾽. Ἀπόλλω δ᾽ ἐν βροτοῖς σ᾽ ὀρθῶς καλεῖ,
ὅςτις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων.

---

phum prius, *ΑΙΟΑΙΛΙΑΝΑΥΙΕΙΠΑΡΘΕΝΟΝ*. Alterum, *ΛΙΟΛΙΛΙΑΝΥΙCΙΠΑΡΘΕΝΟΝ*. Litterae omnes ante *Υ* dubiae. Vltimam vocem ambo omittunt.

6. Apographa versum incipiunt his litteris, *ΟΙΩ*. Caetera desunt, notato post hunc versum quinque versuum vacuo spatio. At illi quattuor tantum versus sunt, quos Bekkeri diligentia eruit. Hic habet Bekkerus *οιθασσεουσομολγον ἐξομόρξειε*, unde facile erat veram scripturam restituere. *Ἄμολγος*, quidquid turbidum est, significat.

8. Hic quoque facilis emendatio erat. Bekkerus, *ΕΠΕΙΙΕΤΕΑΙΛΑΜΩΔΕC*.

9. Bekkerus *ξειστροῖσι*, caetera perspicue. Apud Burgesium, *ξεστοῖσι θαλάμοις, ενθ εμω κει πο.*

10. Plane sic Bekkerus, nisi quod *κλῆθρα* plene. Vltimae vocis tantum *σφρ* apud Burgesium.

11. Apographa, *ΩΚΑΛΛΙΦ*, nihil amplius. *Ἥλιε* plene apud Bekkerum. Afferunt hunc et sequentem versum Macrobius Sat. I. 17. apud quem *ὦ χρυσοφεγγὲς* legitur, et Scholiastes Eurip. ad Orest. 1373. Ed. Matth. ubi *ὦ καλλιφεγγὲς Ἴλιον* est.

12. Apographa *ΚΑΙΡΟΝ* in principio versus, reliquis omissis. Bekkerus, *καὶ τόνδε. ἀπόλλων δ᾽ἐν βροτοῖς ὀρθὸς καλῇ*. Apud Burgesium *ὀρθῶς*. Apud scholiasten Euripidis est, *καὶ τοῦδ᾽ Ἀπόλλων οὕτως εἰ κλήζῃ βροτοῖς*. Apud Macrobium versus ita scriptus legitur: *ὅθεν σ᾽ Ἀπόλλων᾽ ἐμφανῶς κλήσει βροτός*. Vterque haec memoriter afferre videtur. Porsonus ad Orest. 584. *Ἀπόλλωνα* Atticos dixisse negans, legendum censebat, *ἐκ τοῦδ᾽ Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήζει βροτοῖς*. In codicis scriptura non satis commode *ἐν βροτοῖς* longius remotum est ab *ὅςτις*. Quare scripsi, *Ἀπόλλω δ᾽ ἐν βροτοῖς σ᾽ ὀρθῶς καλεῖ, ὅςτις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων.*

13. Huius quoque versus primas tantum voces exhibent apographa, *ΟCΜΕΤΑCΙΠΩΝΤΑ*, insigne documentum, quam ambigua sit litterarum in codiceexplicatio. Non enim dubium est, quin recte haec legerit Bekkerus.

ΧΟΡ. Ὑμὴν, Ὑμὴν, στρ.
τὰν Διὸς οὐρανίαν ἀείδομεν,
τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοις
γαμήλιον Ἀφροδίταν
πότνια, σοὶ τάδ' ἐγὼ νυμφεῖ' ὀφείλω,
Κύπρι, θεῶν καλλίστα,
τῷ τε μονόζυγι σῷ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις
σῶν γάμων γένναν·
ἃ τὸν μέγαν ἀντ.
τᾶςδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύετε,

15. Codex εἴδομεν.

16. Ἐρώτων πότνια, quod non intellexit Burgesius, quid esset, vel ex Homero Iliad. φ. 470. didicisse debebat. Alia attuli in Obss. crit. p. 165. Deinde Bekkerus, παρθενο . . Pro ea voce apographum prius, $ΠΑΙ^{Φ}Ν$, aliis ductibus deformato *Ν*, et deinde obscuris aliquot litterarum vestigiis additis. In posteriore *ΠΑΙΦΝ*.

17. Sic Bekkerus. Apographa *ΑΦΡΟΔΙΤΑ*.

18. Bekkerus νυμφιας. . . Apographum posterius *ΝΥΜΦΙΑ*, prius $ΝΥΜΦΙΑ^{C}ΦΑ^{O}$. Inde confeci, quod in textu dedi.

19. Sic Beckerus. Pro θεῶν apographa, prius *ΕCCΙΝ*, primis tribus litteris dubiis, alterum *CCCΙΝ*.

20. Bekkerus et apographa τω τε νεοζυγιστω. Apud Burgesium, σῷ τε νεοζυγιστω. Non potuit, si quid video, hic nisi de Amore sermo esse. Plane enim alienum, quod Burgesius ex Hesychio affert, cuius integra verba haec sunt: πῶλος, ἑταίρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους, ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Quod Burgesius male sic interpretatur, ac si adolescentes et puellae Ἀφροδίτης πῶλοι dicantur, quos Hesychius simpliciter πώλους dici significat. Amor non potuit νεόζυξ dici. Quare non dubitavi μονόζυγι, *unico*, reponere.

21. Κρύπτεις Bekkerus, de ultima littera dubitans. Apographa *ΔΑΥΩΝ*, sed *Δ* insolentius porrecto, quo modo alibi *Κ* scriptum, ut infra v. 48. in οἶκον, et *Α* ut dubio notato. Si recte legit Bekkerus, usus est hoc verbo poeta, ut occultam latentemque vim amoris indicaret.

22. Omnes γενεάν, frequenti librariorum errore.

23. Bekkerus, ἀγὸν μέγαν. Apographa *ΔΙΟΝΥCΟΝ*, sed litteris omnibus dubiis. Ἃ ad νυμφεῖα referendum.

24. Bekkerus, τῆςδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύεται. Apographum prius *ΤΑCΔΕΠΟΛΕΩCΙΑ* . . $ΗΝΥΜΦ^{ΕΥ}Ε_{Ι}^{Α}$, eraso post quintam

ἀστερωποῖσιν δόμοισι χρυσέοις
ἀρχόν, φίλον Ἀφροδίτᾳ.
ὦ μάκαρ, ὦ βασιλέως μείζων ἔτ' ὄλβον,
ὃς θεὰν κηδεύσεις,
καὶ μόνος ἀθανάτοις
γαμβρὸς δι' ἀπείρονα γαῖαν
θνατὸς ὑμνήσῃ.

ΜΕΡ. χώρει σύ, καὶ τάσδ' εἰς δόμους ἄγων κόρας,
γυναιξὶ ἄνωχθι πᾶσι τοῖς κατὰ στόμα
θεοῖς χορεῦσαι, καὶ κυκλώσασθαι δόμους

---

litteram *C*. Posterius *ΤΑCΑCCΙΙΟΛCΩCΙΑ* . : . *ΗΝΥΜΦ*^{EYEIA}. Scripsi *νυμφεύετε*, quo ad Venerem et Amorem referretur.

25. Bekkerus, *αστερωτοισι δόμοισι χρυσέων*. Apographa *ACTE-ΡΩΙΟΙΩΟΜΘΙCΙΧΡΥCΕΙΗΝ*, secundo *Ω* dubio. Correxi haec. Saepius usurpatum Euripidi *ἀστερωπός*. Thesauros intelligit, de quibus v. 9. et 44.

26. Bekkerus et apographa *αρχεον*. Burgesius, *ἀρχαῖον*. Omnes *Ἀφροδίτα*.

27. Bekkerus, *ω μακαρων βασιλευς μειζωνςτολβος*, litteris ultima et quae a fine septimum, octavum, et nonum locum tenent, notatis ut dubiis. Apographa nihil amplius, quam *ΩΜΑΚΑΡ*.

28. Bekkerus, *οςθεαντηλευσεις*. Vltimum verbum in priore apographo sic scriptum, *ΤΗΔΕΥΕΙC*, in altero *ΤΗΘΕΥΕΙC*. Burgesius codicem sine dubio exhibere putat, *ὃς θεὰν μνηστεύσεις*. Satius duxi, *κηδεύσεις* scribere. Deae cuiuspiam filiam Phaethon videtur uxorem ducere, eamque deam dicitur *κηδεύσειν*, quod explicatur sequentibus verbis.

29. Bekkerus, *ἀθανάτων*. Apographa *ἀθανάτοις*.

30. *Γαμβρὸς* Bekkerus. Apographa *ΓΑΜΕΡΟC*.

31. Bekkerus *ὑμνήσεται*. Apographa *ΥΜΝΗCΩΝ*. Scilicet quum *ὑμνήσω* scripsisset librarius, *Ω* videtur expunctum voluisse, pro eoque addidisse *H*, quod legentibus *N* esse visum est.

32. Ita Bekkerus. Tria ultima verba in apographo priore sic scripta: *ΘΟΜΟΑΙΩΝΑ*^{O}*ΙΑ*^{N}, primis quattuor litteris dubiis; in altero *ΟΟΜΟΔΤΩΝΑ*^{O}*ΙΔ*^{O}*Υ*.

33. Sic Bekkerus. Apographum prius *ΓΥΝΑΙΚΑΝΟΧΘΗΙΑΥΤΩ-CΚΑΙΑΕΙ* . . . Alterum eodem modo, nisi quod postrema sic *ΛΥΤΩCΚΑΙΛCΙ* . . . .

34. Bekkerus sic, *κανκυμωσασθαι . μοι.* Apographum prius

σεμνοῖσιν ὑμεναίοισιν, Ἑστίας θ᾽ ἕδος,
ἀφ᾽ ἧς τὸ σῶφρον πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι
εὐχὰς π[οιεῖσθαι] . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
θεᾶς προσέλθῃ τέμενος ἐξ ἐμῶν δόμων.
ΘΕΡ. ὦ δέσποτ᾽, ἔστρεψ᾽ ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.
οὐ γὰρ σὺ σώζῃ σεμνὰ θησαυρίσματα
χρυσοῦ, δι᾽ ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης
καπνοῦ μέλαινα λιγνὺς ἔνδοθεν στέγης.
προσθεὶς πρόσωπον, φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρός,

KANICYNΩCAΘ, litteris tertia usque ad sextam dubiis. Alterum *KAN . . YMΩCAC* . . . Emendavi haec, ut scribenda videbantur.

35. Sic Bekkerus. Apographa *CEMNOICINYMENAIOICIITH-CEMACΘ*^{O}*Δ*^{O}*Y*. In secundo vigesima littera omissa, et a fine octava non *M*, sed *Π*.

36. Bekkerus, *ἀφ᾽ ἧς τι σώφρων πασαν . . αρχετ . . .* Apographa nihil amplius, quam *ΑΦΗCTICΩΦ* . . . In secundo quarta littera *E* est, et ultima dimidiata.

37. Bekkerus, *εὐχὰς π* . . . Nihil horum in apographis conspicitur. Recisi sunt post hunc versum, ut ex altero folio colligi potest, versus quattuor, quorum locos in numerum retuli, emendatis, quae praecedunt.

42. Hoc versu incipit folium 163. rectum. Bekkerus et apographa *προσελθιν*. At *IN* est *HI*.

43. Codex *ΘΕΡΑΠ. ὦ πάτερ*, sed ad *πάτερ* supra scriptum minio *ΔΕCΠΟΤΑ*. Omnes *ἔστρεφα*. Correxit Burgesius.

44. Bekkerus, *ουγαρσυζωσησεμναθηραυσμιτα*.. Vltima vox in priore apographo sic scripta, *IHPAYCMEHA*, primis duabus litteris et penultima dubiis. In altero *IHPAYCMCIIA*. Recte emendavit Burgesius, nisi quod *σώζεις* scripsit.

45. Bekkerus *διαρμῶν ἐξαμείβεται*. Apographum prius, *ΔΙΑΡΕΙΩ-NEYAMETPEIC*. In secundo omissum *N*.

46. Bekkerus, *καταινουμελαιναιως ἔνδοθεν στέγης*, litteris *νω* dubiis. Sic etiam apographa, eadem cum dubitatione, et in priore quidem ultima ante *ἔνδοθεν* sunt *HΩC*, in altero *IIEIC*. *Στέγης* deest in apographis, erutum a Bekkero. Emendavi, ut litterae et sensus suadebant.

47. Sic Bekkerus. In apographis post *προσθεὶς* repetitum *EIC*. Eadem in fine, *OY . . . ΠΥΡΟC*.

γέμοντα δʼ οἶκον μέλανος ἐνδὸν αἰθάλου.
ἀλλʼ ἔςιθʼ ἐς οἶκον, μή τινʼ Ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπειςφρείς, μέλαθρα συμφλέξῃ πυρὶ
ἐν τοῖσιν ἡδίστοισι Φαέθοντος γάμοις.
ΜΕΡ. πῶς φῄς; ὅρα μὴ θυμάτων πυρουμένων
κατʼ οἶκον ἀτμὸν κεῖσʼ ἀποσταλέντʼ ἴδῃς.
ΘΕΡ. ἅπαντα ταῦτʼ αἴθρῃ τʼ ἀκάπνωτοί θʼ ὁδοί.
ΜΕΡ. οἶδεν δʼ ἐμὴ τάδʼ ἢ οὐκ ἐπίσταται δάμαρ;
ΘΕΡ. θυηπολοῦσα θεοῖς, ἐκεῖσʼ ἔχει φρένας.
ΜΕΡ. ἀλλʼ εἶμʼ, ἐπεί τοι καὶ φιλεῖ τὰ τοιάδε
ληφθέντα φαύλως ἐς μέγαν χειμῶνʼ ἄγειν.
σὺ δʼ, ὦ πυρὸς δέσποινα, Δήμητρος κόρη,

---

48. Bekkerus, *ἔνδοθεν καπνοῦ.* Sed apographa, *ΕΝΑ^{Ω}ΝΑΙΘΙΠΟΥ*, Vnde correxi.

49. Pro *ἔςιθʼ* apographa *ΕCΘ.* Eadem *ΗΦΑΙΕΝΟΕ*, vel, ut in altero, *ΗΦΑΙCΙΙΟC.* Vltimam vocem, quam Bekkerus dedit, omittunt.

50. Ita hunc versum dedit Bekkerus. Nihili verbum dicit Burgesius *ἐπειςφρείς*. Mihi sincerum videtur hoc participium, siquidem verbi in *μι* formati etiam imperativus index est. In apographo priore huius verbi litterae praeter tres ultimas ut dubiae notatae. In altero scriptum *ΕΠΕΙCΦΕΡΕΙC.* Duo ultima verba in priore sic: *ΥΜΙΔΟΞΗΝΗΙ*, litteris, praeter primam, sextam, septimam, octavam dubiis. In altero, *ΙΙΙΔΟΞΗΝΗΙ.*

51. Sic Bekkerus, nisi quod *ἡδίστοισιν*, pro quo apographa *ΠΑΙCΙΟΙCΙΝ.* Pro *γάμοις* eadem *ΤΑΦΙ*, sed litteris dubiis.

52. Sic Bekkerus et apographum prius. In altero *ΔΩΜΑΤΩΝ.* Ita ante correctionem in codice scriptum fuisse, etiam prius apographum videtur arguere.

53. Plene scriptum omnes *κεῖσε.*

54. Bekkerus, *ἅπαντα ταῦτʼ ἤθρησεκανπωτουσεχει.* Apographa, *ΑΠΑΝΤΑΤΑΠΑΙΘΡΗCΕΚΑΝΠΩΤ^{Ο}ΥC^{Ο}Δ^{Ο}Ι*, ultimis quattuor litteris et decima a fine ut dubiis notatis. Emendavi haec pro sensu loci. *Αἴθρη*, non *αἴθρα*, Atticum esse, notum: v. Pierson. ad Moer. p. 184.

55. Ita Bekkerus. In apographis ultima sic: *ΕΠΙCΤΑΙΛΑΜΑΙ.*

57. *Εἶμι* plene Bekkerus, non Burgesius. Apographa: *ΑΛΛʼ ΕΙΜΕΝΕΠΟΙΚΑΙΦΙΛΗΑΙΟΙΑΔΕ*, ad *Λ* minio suprascripto *Ε*, ut appareat, quod sequitur *Η*, esse *ΙΤ.*

58. Bekkerus et apographa, *ἐς μέγα χειμῶνα δι.* *ΔΙ* mihi videbatur esse *ΑΓ*, initium verbi *ἄγειν.*

Ἥφαιστέ τ᾽, εἴητ᾽ εὐμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.
ΧΟΡ. τάλαιν᾽ ἐγὼ, τάλαινα, ποῖ πόδα
πτερόεντα καταστάσω;
τίν᾽ αἰθέρ᾽, ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαν-
τον ἐξαμαυρωθῶ;
ἰώ μοί μοι, καταφανήσεται
βασίλεια τάλαινα, παῖς τ᾽ ἔσω
κρυφαῖος νέκυς.
ὀτοτοτοῖ, κεραύνιοί τ᾽ ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαί, λέχεά θ᾽ Ἁλίου.
ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν
Ὠκεανοῦ κόρα,
πατρὸς ἴθι πρόσπεσε
γόνυ λιταῖς σφαγάς,
σφαγάς, οἰκτρά τ᾽ ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς.

---

60. Ita Bekkerus. Apographa, *ΗΦΑΙCΤΕΕΙΠΡΕΠΕΥΜΕΡΕΙCΚΟΜΟΙCΕΜΟΙC*, nisi quod in altero decima littera *Η* est.

63. Bekkerus *τιναθερ*. Apographum prius *ΤΙΝΑΘΟΡ*, tribus ultimis litteris dubiis; alterum *ΤΙΝΑCCΡ*.

64. Omnes ἐξαμαυρώσω, quod correxi.

67. Omnes κρυφεον.

68. Bekkerus ὀτοτοτοί, κεραύνιαι τ᾽ἐκ διός. In priore apographo ultima *ΚΕΡΑΥΝΙΑΥΕΚΔΙΟC*, sed octava littera in *Ο* ex *Α* mutata. In altero, *ΚΕΡΑΥΝΙΩΕΚΔΙΟC*. Praetuli κεραύνιοι. Ita κεραυνιῷ πλαγᾷ in Bacchis 93. et saepius alibi masculina huius nominis forma pro feminina.

69. Ita Bekkerus. Prius apographum, *ΠΥΡΙΒΟΛΟΙΠΛΑΓΑΙΛΕΧΕΑΙΑΛΙΟΥ*. Alterum, *ΠΥΡΙΒΟΛΟΥΠΛΑΛΑΜΝΑΙΟΥΕΧΕΑΙΑΛΙΟΥ*.

73. Bekkerus, γονυ, ταισφαγας. Apographum prius *ΓΟΝΥΤΑΙΕΦΑΤΑC*, octava et antepenultima littera dubiis. Alterum, *ΓΟΝΥΙΛΙCΦΑΤΑC*. Rectene an secus λιταῖς dederim, alii videant. Certe tale quid exigebat metrum dochmiacum.

74. Pro οἰκτραὶ, quod omnes habent, dedi οἰκτρά τ᾽. Vltima in priore apographo sic, *CΑCΛΕΙΡΑC*, in altero *CΟΛΕΘΡΑC*.

MEP. *ἰώ μοί μοι.*
XOP. *ἤκουσατ' ἀρχὰς δεσπότου στεναγμάτων;*
MEP. *ἰὼ τέκνον.*
XOP. *καλεῖ τὸν οὐ κλύοντα δυςτυχῆ γόνον*
. . . . . . *ὀμμάτων ὁρᾶν σαφῆ.*

---

76) Bekkerus, ἤκουσ' ἀπαρχῆς; super π posito τ. Burgesius dedit, ἠκούσατ' ἀρχῆς. Apographa *ΗΚΟΥϹΑΤΑΡΧΑϹ* in ipso textu sine correctione.

78. Hic et sequens versus in secundo apographo plane desunt. In priore v. 79. deest, et ex v. 78. tantum τὸν οὐ κλύοντα δυςτυχῆ γόνον reliqua sunt.

IOANNES GVILIELMVS RVECKERT.

Natus Spirae a. s. s. XC. patre Matthia, nauta, matre Elisabetha e gente Rueckertia, qui nono post anno mortui sunt. Vnde traditus Orphanotropheo Spirensi, optima ibi per quinquennium institutione usus, artem armorum fabricandorum sequutus est. Cuius opificii caussa peregrinans, quum Zittaviam venisset, amore litterarum, quo semper flagraverat, instigante, adiit directorem gymnasii eius urbis, ut se in numerum discipulorum reciperet. Quattuor fere ibi annos, quamvis multis cum aerumnis, exegit. Inde a. h. s. XII. nostris civibus a Tittmanno adscriptus, quum theologiae se dicasset, hunc, b. Keilium, Beckium, Clodium, Krugium, me, Rosenmülleros, patrem et filium, b. Kruegerum, Lindnerum, aliosque, habuit praeceptores. Berolinum deinde profectus, a Constantino comite de Wernigerode pueris huius instituendis praefectus est. Sed ille quum biennio post mortuus esset, uxorque eius in Silesiam se reciperet, mansit Berolini, superatoque ibi examine theologico munus suscepit in orphanotropheo magno, quod ei conciones sacras habendi opportunitatem fecit. Inde secundus V. D. minister in ecclesia Bethlehemitica, ut linguae Bohemicae peritus, designatus est.

CHRISTIANVS AVGVSTVS ACKERMANN.

Musa, fave coeptis, nostrisque laboribus adsis!
    Transactos repeto, te comitante, dies.
Multa celebrasti numeris haud digna relatu,
    Carminibusque tuis parvula multa vigent;

Ergo meam pariter vitam lustrare licebit,
Promere et ex illa, quae meminisse iuvat.
Purae me genuit stirpis Vimarica tellus,
Atque sacerdotem fata dedere patrem.
Ille pius septem natis noctesque diesque
Curabat, nunquam dignior alter erat.
Vos, stabilis vitae nostrae tutela, Parentes,
Perpetuo nati pectora grata manent.
Si iuvat, ad iustum misisse precantia coelum
Vota, senectutis tempora fausta fluent.
Quam mihi riserunt, vobis ducentibus, Horae!
Tunc iuvit, sparsis tradere serta comis.
Tunc iuvit, flores viridanti carpere prato,
Tunc puero rosei praeteriere dies.
Praeteriere! — nihil restat nisi, — moesta voluptas! —
Elapsi veris nunc meminisse mei.
Primus ego fratrum linquebam tecta paterna,
Phoebi me admisit relligiosa domus.
Sex annos colui Musas Portensis alumnus,
Quae nullo gaudent commodiore loco.
Thesauri veteris non me studiosior alter,
Meque deae votum tempus in omne dedi.
O quot, quanta mihi tribuisti, candida Porta,
Tu via, tu portus portaque pacis eras.
Te duce, Roma patet, duce te mihi Graecia prisca,
Ausoniaeque sonant carmina blanda lyrae.
Tempore praelapso iussere relinquere asylum
Fata, fugit pueri non reditura quies.
Me civem pollens aevo Witeberga recepit,
Sed mox Pierides bella profana fugant.
Lutheri quondam sedes, delubraque veri
Ecce ruunt, late sparsa ruina iacet.
Queis ego gaudebam, circumvagus ignis adurit,
Remque meam totam flamma soluta rapit.
Iam penetranda nitet mihi Lipsia, tempora quaedam
Illa dedit studiis commodiora meis.
Irrupere quidem subiti certamina Martis,
Atque hostis stupui funera strata rei;
At mox Teutonicis rediit pax inclyta terris,
Atque Minerva simul pacis amica redit.
Haec dea me iuste vidit sua templa colentem,
Et iuveni docili spemque animumque dedit.

Donec vita manet, teneo semperque tenebo.
    Lipsia quanta mihi tunc benefacta tulit.
Mente pia refero, quos fovit Musa magistros,
    Tot dignos sera posteritate viros! —
Ingenuas artes quartum complexus in annum
    Europae in fines, Russica regna vocor.
Vt praeceptoris perfungar munere, Repnin
    Me invitat princeps nominis amplifici.
Reque viroque trahor, fortunae cetera mando,
    Et patriae dico corde tremente vale!
Aggrediorque viam, peragransque Borussica regna
    Primam Livonica sede requiro moram;
Dorpati, Musis ubi, non renuente Minerva,
    Mitis Alexander templa domosque dedit.
Inde Petri magni septem subiecta trioni
    Me capit urbs, regni iam iuvenile caput.
Arrecto miror formosa palatia vultu,
    Atque triumphali moenia structa manu,
Nobilis haec sedes, Artis laetissima messis,
    Offert vel medio frigore veris opes.
Hic cito transit hyems, transit velocior aestas,
    Nosque aevo et fama Mosqua sacrata vocat.
Panditur urbs ingens, bello flammisque novata
    Instar Phoenicis, turribus innumeris.
Dum nova perlustro spectacula, lumina pascens,
    Alternat quartas menstrua luna vices.
Iam mandata suprema volunt, australia princeps
    Arva habeat regni sub ditione sua.
Nec mora, mutamus rursus coelumque locumque
    Ad maris Euxini littora ducit iter.
Per deserta viam, per devia lustra petenti
    Vallibus umbrosis Taurica terra patet.
Tandem nos recipit fessos Poltawa, Carolo
    Suecorum quondam perniciosa duci.
At pax iamdudum rediit: sub tegmine eodem
    Victi et victores umbra cinisque iacent;
Et late fructu felici rura nitescunt,
    Munere quae largo diligit alma Ceres.
Sistimus hic gressus, ac dum sub principe Repnin
    Publicus instituor, quarta resurgit hyems.
Interea videor turba mihi solus in omni,
    Musarum sanctis arceor exul agris.

Inque dies crescit patriae nativa cupido,
Et desiderium pectora nostra movet.
Dilectique soli licto mihi splendet imago,
Vt procul erranti stella corusca micat.
Est aliquid, dextram collumque tenere suorum,
Est aliquid, vultu colloquioque frui.
Ergo data venia, patriae desueta petendi
Arva, cito subeo, perficioque viam.
Fusus in amplexus felix exsulto meorum,
Germanos alta voce saluto Lares.
Ver mihi surgebat coelo non pulchrius ullum,
Nec melior fulsit candidiorve dies.
At fortunatae procedite tempora pacis,
Teutonico fati pignora ferte solo!

MAXIMILIANVS IOANNES FRIDERICVS HENNIG.

Mariaebergae natus colit parentes Io. Fridericum, V. D. ibi ministrum, et Mariam Carolinam Fridericam, e gente Tauscheria. A patre optimo traditus Lyceo urbis illius, Salzmanni, Strahmeri, Mülleri, Aurichii, privatissimaque Steinmetzii, AA. M. disciplina usus est. Postea Lyceo Annaebergensi commissum Benedictus et Mückius ad studia Academica praepararunt, quae a. h. s. XVI. orsus est, Platnero, Krugio, me, Beckio, Krusio, Poelitio, Boettigero, tum Keilio, Tittmanno, Tzschirnero, Winzero, Cramero, Winero ducibus. Laudat praeterea mirifice Siegelii favorem, diaconi ad aedem novam.

IOANNES GEORGIVS WAGLER.

Norimbergae lucem vidit a. s. s. XCVIII. Pater, scriba publicus, vix VI annos natum commisit regio urbis Gymnasio, in quo cum insigni approbatione praeceptorum, praemiis nonnullis ornatus, omnes novem classes emensus est. Amore historiae naturalis, quae vocari solet, a puero flagrans, adversam habuit mortem parentum; adiutus tamen egregie a fratribus, altero mercatore Norimbergae, altero Secretario, patronumque insignem nactus Dominum a Königsthal. Vltimo ante vitam Academicam anno in inferiore classe gymnasii magna cum Professorum approbatione docuit. Inde a. h. s. XVIII. in Academia Erlangensi philologiae operam dedit, non abiecto tamen rerum naturalium studio, gaudens familiaritate Ill. directoris Paula a Schrank, Schuberti, Schweiggeri, Martii, Okenii, aliorumque Reg. Academiae Monacensis sodalium. Postremo plane

se dedit philosophiae naturali, et a. h. s. XX. magister primarius classis quartae gymnasii Regii Erlangensis, praeceptorque historiae naturalis in classe prima factus est.

FRIDERICVS GVILIELMVS LANGE.

Hic patri, sacrorum antistiti in vico, cui nomen Gubs, natus a. s. s. LXXXVI. ex huius institutione venit in scholam cathedralem Magdeburgicam, sextoque post anno in Academia Halensi Knappium, Niemeierum, Maassium, Wolfium, Schützium praeceptores nactus est. Sed interpellata Gallici hostis adventu studia Ienae, duce Griesbachio continuavit. Inde a Salzmanno in eius paedagogium praeceptor vocatus, quo ad Zellerum, novae cuiusdam methodi auctorem, multi confluebant, post tres menses Züllichaviae rector scholae factus est. Eo munere post sex annos se abdicavit, quum uxorem aegrotantem in patriam suam Helvetiam redire medici iuberent. Ita tres menses apud huius parentes Minniduni commoratus, viso Fellenbergii paedagogio, Ebrodunum ivit ad Pestalozzium, cuius res satis deploratas restituisse se dicit, unde ille publice hunc et Schmidium successores sibi designavit. Cum Schmidio parum concors, biennio fere exacto, Vivisci pueros suo Marte educare instituit.

ERNESTVS FRIDERICVS STAHL.

Basbeckii in ducatu Bremensi natus a. s. s. LXVII. patre ministro sacrorum, quum initio privata institutione usus esset, Petersio, concionatori Elsdorfiensi in ducatu Luneburgico commissus est. Ibi medicus degebat ipsi cognatus, a quo medicinae et chirurgiae elementa accipiebat. Inde annos nondum XVII natus chirurgi vices gessit in nosocomio exercitus Hannoverani, in Flandria tum stationem habentis. Postea Hannoveram reversus, praeparatusque ad studia Academica, a. s. s. XCVI. Berolinum, anno post Gottingam adiit, ubi a. XCIX. superato examine pro gradu doctoris, Vindobonam petiit, Frankii auspiciis praxi medicae operam daturus. Insequuto anno Hannoveram reversus, ut medici militaris munus adiret, quippe qui a gubernio ea conditione stipendium ad sumptus itineris accepisset, quum ab infimo gradu merere iuberetur, abstitit ab isto consilio, summosque in arte medica honores capessere decrevit. Accepta venia, si etiam postea chirurgiam exercere vellet, defensa dissertatione, cui titulus; Inquisitiones quaedam de tumoribus atque ulceribus scirrhi et cancri nomine notis, a. h. s. III. dignitatem et iura doctoris medicinae et chirurgiae Goettingae adeptus est, ex eoque tempore his artibus exercendis Hannoverae operam dedit.

ERNESTVS KLOTZ.

Natus sum Stollbergae, oppido in tractu metallifero Saxoniae d. XVI. Sept. a. XCIX. s. s. parentibus Immanuele, parocho ibi primario, et Christiana Charlotta e gente Schillingia. A patre mature litteris institutus, anno h. s. XI. gymnasio Fridericiano, quod Alteburgi floret, adscriptus sum, ubi per tres et dimidiatum annum commoratus, litteris incubui in Lyceo Nivemontano, magistro maxime gavisus Bornemanno. Civitatem academicam adeptus sum Lipsiae anno XVIII. rectore Beckio, qui, quum praeter theologiam philologiae quoque operam navarem, deinde etiam in Seminarium regium me suscepit. Studiorum rationem ita institui, ut plerorumque professorum eruditissimorum collegia frequentarem. Plurimum autem debeo cum lectionibus publicis, tum colloquiis privatis Poelitii et Crameri, quorum prior quasi filium me omnibus semper subsidiis liberalissime adiuvit. Anno XX. Dresdae examine theologico superato redii Lipsiam, otium studiis impensurus.

ERNESTVS GVILIELMVS EDVARDVS HEBENSTREIT.

Hic patre natus est Ernesto Beniamine Gottlieb, Med. D. et professore apud nos celeberrimo, matre Eleonora, e gente Apelia, a. s. s. XCIX. His puer orbatus, tutorem nactus est Wendlerum, I. V. D. cuius fidem benevolentiamque valde laudat, insignem etiam affinium, Benedictae Naubertae, eiusque mariti, benignitatem expertus. Vsus deinde per quattuor annos et dimidiatum scholae Portensis disciplina, praeceptorumque favore, Ilgenii potissimum et Langii, ornatus, a. h. s. XVIII. civibus nostris adscriptus est, arti salutari operam daturus, patronosque habuit, Ill. Clarum, consobrinum suum, b. Rosenmüllerum, Eschenbachium, Schwaegrichenium, Gilbertum, maxima de se merita praedicans etiam Krugii. Anno insequuto Ienam se contulit, Fuchsiique anatomicis, Ludekii historicis scholis interfuit. Reversus Lipsiam, examine clinico superato, Clari Kuhliique lectiones frequentavit. Munificentia adiutus est Regis Augustissimi.

CHRISTIANVS GVILIELMVS TAENZER.

Io. Carolo Friderico, famulo, matre Iuliana Maria, e gente Schraepleria, natus Lipsiae a. s. s. XCIV., quum in schola Thomana litterarum elementis imbutus esset, ab a. h. s. IX. per quinquennium saluberrima scholae Grimmensis institutione usus est. Inde Lipsiam rectore Tittmanno reversus, theologiae nomen dedit, non neglectis philosophiae,

historiae, et philologiae studiis. Tzschirnero, Goldhornio, Wolfio praesidibus exercitatus habendis in aede Thomana orationibus, a. h. s. XIX. Dresdae examen subiit, Candidatusque Rev. Min. factus, quum honores nostros peteret, stipendio se adiutum praedicat Nationis Misnicae ab Ludwigio et Clodio.

CAROLVS CHRISTIANVS ANTON.

Laubani in Lusatia lucem vidit a. s. s. XCI. patre Christiano Gotthelf, mercatore, quo gaudet superstite. Is quum Gorlitii, quo commigrarat, librariam conderet, ibi filium privatis magistris tradidit; postea autem scholae patriae commisit, in qua praeceptores habuit Schwartzium, Antonium, Tzschoppium, Weiskium, Küttnerum. A. h. s. XI. Lipsiam venit, arti medicae operam daturus. Scholis interfuit Platneri, Ludwigii, Kühnii, Eschenbachii, Rosenmülleri, Haasii, Ioergii, Heinrothi, Schwaegrichenii, Wendleri, Kuhlii, Robbii, Bockii. A. h. s. V. Baccalaureus factus, munere suscepto chirurgi militaris, in Belgiam se contulit. Impetrata insequuto anno Coloniae Agrippinae missione, ad nos reversus, Claro duce per integrum annum in instituto clinico exercitatus, examen rigorosum, quod vocant, subiit. Stipendiis se ornatum praedicat ab Senatu Gorlitiensi, a Grat. Ordine Med. Lipsiensi, ab Eberhardto, Phil. D. Halensi, laudans etiam Heinrothi favorem, qui ei per tres annos in nosocomio Georgiano artem medicam exercendi copiam fecit.

GVSTAVVS KVNZE.

Lipsiae natus sum a. s. s. XCIII. patre Ioanne Christiano, Scabinatus Actuario, matre Christiana, e gente Gerischeria, quos mihi gratulor ad hunc usque diem conservatos. Religionis et literarum elementis privata disciplina imbutus, ab anno aetatis XVI. scholam Thomanam, quae Lipsiae floret, per quadriennium frequentavi. Inde a Kühnio, t. t. Rectore Magnifico, in numerum civium huius Academiae receptus, quum iam a teneris animus ad naturae contemplationem inclinaret, studiis potissimum medicis et physicis incubui. A. h. s. XVI, paullo prius, quam Reichenbachio, dissertationem de Pselaphis defendenti socius fui, baccalaureatu, anno vero XIX. summis in medicina et chirurgia honoribus ornatus sum. Quo facto placuit Augustissimo Imperatori Russorum, me circumnavigationis terrae, iussu et sumtu Caesareo tunc instituendae, historiae naturalis caussa comitem clementissime designare. Prohibuit vero et patriae, et parentum amor, quominus illi honorificentissimae invitationi obtemperarem. Sed ab illo inde tempore in Aca-

demia nostra publicas super variis rei medicae inprimisque herbariae doctrinis habui lectiones. Per vitae academicae cursum quaedam instituti itinera, ut a. h. s. XV. Berolinum, XVII in Sudetos, XIX in Bohemiam, fontium salutiferorum cognoscendorum caussa, ter denique in montem Franconiae piniferum. Ab anno h. s. XV cum Schmidtio, M. D., iam in instituto Fellenbergiano rerum physicarum magistro, fungos Germaniae descripsi et exemplis exsiccatis illustravi in opere, cui titulus: *Deutschlands Schwämme*, fasc. IX. Dein edidi cum eodem amico opusculum, ita inscriptum: *Mykologische Hefte, nebst einem allgemeinen botanischen Anzeiger*, cuius quidem altera pars hoc ipso tempore sub prelo sudat. Anno h. s. XVIII societas naturae scrutatorum Halensium, quae paullo ante membris suis ordinariis me adiunxerat, in novis Actis publici iuris fecit tractatum zoologicum a me scriptum, tom. illorum Actorum II. fasc. IV. implentem, sub titulo fragmentorum entomologicorum. Tum anno h. s. XIX. elaboravi inauguralem dissertationem de Dysphagia, inprimis oesophagea, quam d. XXII. Iunii sine praeside defendi, postea vero anno XX plus duplo auctam et continuatam sub titulo, de Dysphagia commentatio pathologica c. tab. aen. II. iterum publicavi. Hisce forsitan libellis debeo, quod nonnullae societates literariae me socium sibi elegerunt. Nomino ex illis Societatem historico-naturalem Wernerianam, quae Edinburgi est, quae a. h. s. XVII; Regiam botanicam Ratisbonensem, quae a. XVIII sociis honorariis, porro Societatem historiae naturalis Osterlandicam, quae eodem anno ordinariis me adscripsit. Anno XIX Societas Caesarea naturae scrutatorum Mosquensis me inter ordinariorum numerum suscipere dignata est. Tum, praeterlapso anno, Academia naturae curiosorum Caesarea Leopoldino-Carolina me sodalem excepit, nec minus denique, post Reichenbachii abitum, Societas naturae scrutatorum Lipsiensium voluit ut sibi ab epistolis essem, quo officio adhuc fungor.

GVSTAVVS HAENEL.

Natus hic est Lipsiae anno s. s. XCIII. patre Christiano Friderico, mercatore, urbis huius senatore et aedili, spectatae probitatis et intemeratae fidei viro, quem ante tres menses morte sibi ereptum luget; matre Elisabetha, ex gente Obermannia, iam ante aliquot annos orbatus. Primis literarum elementis a domesticis praeceptoribus imbutus, deductus est in scholam Roslebiensem, quae sub tutela Hartmanni de Witzleben insigniter floret. Ibi per sexennium institutione usus praestantissimorum virorum, imprimis Wilhelmi, Rectoris, cuius benevolentiam maxime laudat, a. h. s. X. tabulis civium nostrorum inscriptus est. Ac philosophiae causa Platnerum Wielandiumque adiit.

FRIDERICVS GOTTHELF FRITSCHE.

Natus sum Dresdae a. s. s. XCIX. patre in ipsa regia stipendia merente. Qui quum post aliquot annos Budissam petere iussus esset, exoptatus mihi ad literarum studia rite tractanda patuit aditus, ut Siebelisii potissimum, Rectoris, institutione usus, a. aetatis XVIII. Academiae Lipsiensis civibus adscriberer. Ibi theologiae doctores habui VV. S. VV. Tittmannum, Tzschirnerum, Winzerum, Goldhornium, Winerum et Rosenmüllerum; historiae autem Beckium, philosophiae, Krugium et Wendtium, philologiae Hermannum et Beckium, rerum mathematicarum Mollweidium, physicarum Gilbertum. Societatibus adscriptus sum hebraicae et collegii Lusatorum homiletici. A. h. s. XX. ad examen theologicum a Summo Senatu Ecclesiastico admissus et in Candidatorum numerum relatus, Lipsiam redii.

FRIDERICVS AVGVSTVS SONNTAG.

Natus est Radebergae a. s. s. XCIX Christiano Beniamine, cive Radeberg. et Christiana Eleonora, e gente Gärtneria. Pater quum puero morte ereptus esset, vitricus, Ioannes Augustus Beniamin Dresslerus, cantor et ludimagister vici Grossröhrsdorfiensis prope Radebergam, paterno animo curam eius suscepit, et initio ab se ipso eruditum, Christiani Adolphi Stübelii, illius loci sacrorum antistitis saluberrimae institutioni tradidit. Postea Dresdam deductus, ibique b. Klengelio, scholae Crucianae collega VI. magistro usus, scholam Portensem adiit, ubi per quinquennium Schmidtium, Langium, b. Schmidtium, mathes. prof. et Beckium, lingg. recent. prof. optime de se meritos ait, prae ceteris autem Ilgenium, Gernhardum, tum eccles. Portens. diaconum. In universitate Lipsiensi, cuius civibus a. h. s. XVIII. adscriptus est, nomen dedit theologiae, celebravitque scholas Krugii et Clodii philosophicas, Beckii historicas et exegeticas, Tittmanni symbolicas, Tzschirneri historico-ecclesiasticas, Crameri biblico-dogmaticas, Wineri dogmaticas et exegeticas, qui eum in societatem exegeticam recepit. In philologiae studium incubuit Beckio et me ducibus. Gratus laudat munificentiam Regis Pot. tum Beckii Winerique patrocinium.

CAROLVS GOTTHELF GVILIELMVS HORNBVRG.

Huic Grossenhainae a. s. s. XCIX. nato parentes fuere Christianus Gotthelf, chirurgus, et Iuliana Friderica, e gente Sperlingia. Quibus in re admodum tenui constitutis, Kellerus, scholae Hainensis collaborator, baptismique ei sponsor, nihil curae in eo educando omisit. Ex praeceptoribus suis maxime laudat scholae illius Rectorem, Kühnium, cuius nunc quo-

que licet senis summa apud discipulos auctoritas et veneratio est. Patre orbatus, ab a. aetatis XIV. in schola Afrana Tzschuckio, Koenigio, Hentzschio, Weiskio, Balzero, Kreisigio, Weicherto magistris usus, quum Academiam petiturus esset, Kellerum ei mors eripuit. Ibi Kühnii summa liberalitas ei subvenit, ut a. h. s. XVIII. inchoare studia academica posset, quod fecit in philosophia Krugium et Heinrothum, in historia Beckium et Poelitium, in theologia Tzschirnerum, Cramerum, Beckium, Rosenmüllerum, in philologia Spohnium et Weiskium sequutus. Nullo stipendio adiutus, pueris instituendis operam dedit. Deinde fautores ei exstiterunt Iaspis, AA. M. Sacrorum antistes Püchaviae, et Hirzelius, qui apud nos sacris ecclesiae Reformatorum praeest, quibus se obstrictissimum fatetur. A me, qui eum liberis meis instituendis praefeci, ad petendos honores nostros stipendio auctus est.

CHRISTIANVS GOTTLOB ANDREAS.

Fribergae natus a. s. s. XCVIII. patrem habuit Gottlobum Fridericum, globorum fibulatoriorum fabrum, postea avo in aquis per urbem ducendis successorem, matrem Dorotheam Elisabetham e gente Schmidia. Intra undecim annos classes gymnasii patrii emensus, a. h. s. XVIII. Academiam nostram adiit, et quum theologis Tittmanno, Winzero, Winero, Cramero, Tzschirnero, tum aliis in doctrinis Beckio, Krugio, mihi, Beiero, Krusio, qui eum societati paedagogicae adscripsit, operam dedit. Stipendiis auctus Hainiano, Regioque, et Convictorii particeps factus est. In schola privata, quae Richterum praefectum habet, docenda ei geographia commissa est.

IOANNES ERNESTVS FRIDERICVS STANGE.

Dresdae hic natus est a. s. s. XCVII. patre Iacobo, Regiomontano, sartore, matre Eleonora Sophia Friderica, e gente Kleinhempelia, quos mortuos dolet. Ab iis sedulo domi educatus, posteaque scholae, quae est in urbe Fridericiana prope Dresdam, commissus, relicta ea Dinterum habuit praeceptorem, virum de re paedagogica meritissimum. Inde scholam ad S. Crucem frequentavit, mox in alumnos eius receptus. Huius scholae magistris plurimum se debere profitetur. A. h. s. XVIII. civis noster factus, theologiae caussa audivit Tittmannum, Tzschirnerum, Beckium, Winzerum, Cramerum, Winerum, philosophos Platnerum, Krugium, Clodium, Wendtium, Heinrothum, in paedagogice Crusium, Lindnerumque, in homiletice Wolfium, in historia et antiquis litteris Poelitium, Beckium, Rosenmüllerum, me, Spohnium, Rostium, Weiskium, in rebus physicis Gilbertum. Stipendiis adiutus est ab Ampliss. Senat. Dresdensi et Lipsiensi, ab Rege Pot. a quo etiam convictorii ei fructus concessus, et a Schaeffero. Laudat prae-

terea cognatae, Schumacheriae, et Fischeri, Albrechti, Siegelii amicitiam benevolentiamque.

IOANNES CAROLVS FRIDERICVS THAMM.

Natus sum Altranstadii prope Lipsiam, patre Ioanne Carolo, agricola, matre, Ioanna Rosina, e gente Darnstaedtia. Patre mortuo ab avo benignissimo adiutus, scholam Thomanam adii ubi per octo annos, quorum quinque alumnus fui, optimorum praeceptorum disciplina usus sum. Tum anno h. s. XVIII. civibus academicis adscriptus, Beckii, Tittmanni, Tzchirneri, Wineri, Krugii, C. dii, Hermanni, Rosenmülleri lectionibus interfui. Absolutis propemodum studiis academicis sodalis Collegii diebus lunae concionantium et collaborator scholae gratuitae, quae Platonis sapienti praesidio gaudet, factus sum. Contigit mihi praeterea praeter stipendium Regium etiam Tzschirneri, et Stieglitii, antistitis scholae Thomanae, Krusii, atque antistitum V. D. ad aedem D. Thomae, in primis Eulensteinii, maxima liberalitas, denique Ordinis Philos. Ampliss. beneficio stipendium Henricianum.

IOANNES CHRISTOPHORVS SIGISMVNDVS LECHNER.

Natus Norinbergae a. s. s. XCVIII. patre Ioanne Leonhardo Sixto, librario, matre Susanna Maria e gente Schoeberlinia, egregiae traditus sum institutioni Gymnasii patrii, ubi quantum Hartliebio, mihi semper amicissimo, b. Wagnero, Hermanno, b. Rehbergero, imprimis Goezio, scholae nunc rectori, Heldio, Hellero, nunc P. P. O. Erlangae, Hegelio, tum scholae rectori, nunc Philos. P. P. O. Berolin., debeam, grato animo semper agnoscam. Ea in schola novem annis peractis, Erlangae a. h. s. XVII. civibus academicis adscriptus sum. Per integrum annum ibi scholis philosophicis Mehmelii, theologicis Bertholdti, historicis b. Meuselii et philologicis Helleri, interfui. Tum vero per quinque menses litteras omnino negligere coactus sum morbo gravissimo. Quo tandem superato in almam Academiam Lips. me contuli ibique ab Hauboldo a. h. s. XIX. civitate Academica donatus, praeceptoribus usus sum in philologia Hermanno et Spohnio, in historia Beckio, in theologia Tzschirnero, Tittmanno, Winzero, Cramero, Winero maximeque Rosenmüllero, cuius eximiam erga me benevolentiam pio gratoque animo decet praedicari. Ceterum me hucusque convictu Wendleriano esse adiutum et ad summos in philosophia honores consequendos stipendio Severiano sublevatum a Viris Ill. et consultiss. Hauboldo et Gaudlitio, grata mente profiteor.